

antequam ad primum philosophiæ gradum pergamus, ad-  
ponendos fore discipulos putavi auxiliij diuini imploratio-  
nis, deinceps accuratissimæ diligentia, in disponēdo seipso  
ad huiusmodi gratiam recipiendam: De hac dispositione tā-  
m tractatus iste differit: gratia vero petenda est desuper à  
datore luminum D. O. M. Nec putet quispiam, supra me de-  
nijsse mentem, non magis quam Paulus eisdem verbis, fidē  
solo Deo petendam esse docet, non à proprijs viribus, nec  
aliunde quam ab ipso Deo. Et quia huius artificiata disposi-  
tionis tres sunt potissimæ partes, vtpote physica, moralis, &  
metaphysica; necessarium fuit qualibet, hac in tractatione,  
ita progredi, q̄ legentibus postea liquebit amplius. Impossi-  
bile est, malæ vitæ hominem possidere thesaurum, sapientiæ  
alijs reconditum, & male sanū ad illum inquirendum, quan-  
to minus ad inueniendum, aptum esse. Hæc est ratio quare  
de moralibus, & physicis corruptis, per metaphysica medi-  
amina corrigēdis, loquamur. In corpore humano latet que-  
dam substātia methaphysica, paucissimis nota, quæ nullo pe-  
nitus indiget medicamento, sed ipsa medicamentum est in-  
corruptum. Verum quia physicorum corporū corruptionib;  
obruitur, & impeditur quo min⁹ vim perficiēdi suas actiones  
exerceat, philosophi diuino quodā afflatu cognouerunt hanc  
virtutem, cælestemq; vigorem à suis cōpedibus liberari posse;  
non contrario, veluti docet physica medicina, sed suo simili.  
Cum igitur tale quid, siue in homine siue extra ipsum inue-  
niatur, quod huic est conforme substantiæ, concluderunt sa-  
pientes, similia similibus esse corroboranda, pace potius, quā  
pello, & contrarijs esse pellenda contraria. Ex his triplicem  
patet esse medicinam labilium, vtpote methaphysicam, phy-  
sicam atq; moralem. Ad physici corporis dispositionem arti-  
ficiatam vtimur metaphysico remedio, quo corruptionem  
eius ad naturalem digestionē & expulsionem arceamus, hoc  
operante natura per formam intrinsecus roboratam. Hæc est  
præparatio corporis nostri physici metaphysico modo facta,  
per quam ad separationem facilius peruenimus absque cor-  
rumpentium impedimento. Inde colliget studiosus lector,  
quod à metaphysica per alchemiam ad physicam debet fieri  
transitus, operando philosophice. Quid enim artes in Vni-  
uersitatibus vel audiuisse vel priuatim legisse, nisi de potentia  
deducantur in actū, magis quam psittaco suum *χαίρει*, pdest?